maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum Servitio militari, ad munimenta, ad Evictorem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem ultra proximos officij praefati Castren Capitan Praemislien Terminos Dilationem sibi non accipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia, paenis simplicibus vel triplicatis, cautionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eluadendo Hac sua praesenti Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Baczynski alteri Donat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneali Praemislien Nobilis Basilius Baczynski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice et per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet dwa łagony od Drogi Błoniey do Dniestru inter metas ab una infrascripti Nobilis Donatarij et Nobilis Andreae Baczynski Kotłowicz parte ab altera in Bonis Villae Baczyna Terra et Districtu praesenti Praemislien, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate haereditate tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentijsque et pertinen generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris Dominij, proprietatis ac cuiusuis competentiae et praerogativae se Recognoscente, suisque successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, veluti praemissa omnia, ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumque concernebant ac eidem legitime serviebant, Iam ex tunc et De facto Nobili Iwano Baczynski

Kotłowicz

Barzynski Kobrzyniec eiusq posteris dedit, donavit, inscri-
psit et resignavit, prout praesenti dat, donat, inscribit et resignat
perpetuo et in aevum. In quae quidem bona suprascripta prae-
missaq omnia praesenti per ptem Recognoscentem donata is idem
suprascriptus Recognoscens praefato Donatario suo et eius poste-
ris iam expunctis et defunctis coram officio praesenti dat et ad-
mittit realem Intromissionem et actualem pacificamq pos-
sessionem, per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles du-
os die quacunq voluerit officiose accipiendam. Per ipsum Do-
natarium suum et ipsius Successores haec eadem bona prae-
missaq omnia praesentibus donata, cum universis praemissorum
utilitatibus, et usufructibus, tenendi, habendi et possidendi, il-
lisq quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumq successorum
quoslibet beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendis
modo ac iure haereditario. Debetq et tenebitur memoratus Re-
cognoscens, prout se ac suos Successores in et super bonis suis
generaliter omnibus, summisq quibusuis pecuniariis habitis
et habendis praefato Donatario suo et eius posteris inscribit et
obligat praesentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis, prae-
missisq omnibus, praesentibus resignatis ab omni et quavis impediti-
one Iuridica quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis
status et sexus cuiuscunq existentibus exoriunda, in omni Iudicio
et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit per omnes
praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terre-
strem spectat et pertinet praescriptio fieri defendere, evincere, in-
tercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere,
nec non haec eadem bona praemissaq omnia praesentibus resignata
ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus
et posterioribus, super eadem bona praemissaq omnia praesenti modo

praemiss

misso inscripta Civicis personarum modo quovis facti exfa-
ciendis. Item etiam a quibusvis citationibus, in eadem bona
praemissaque omnia praesentium donata importatis et importandis Iuris-
denique et Perlucris; Processibusque iuris quibusvis, in quocunque
puncto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio
Regni extensis et obtinendis, ac super praemissis omnibus prae-
sentium resignatis, perductis et perducendis, emundare et elibe-
rare, Immunemque et libera semper facere, ac etiam Intro-
missionem praefatam coram officio praesenti Admissam in fun-
do bonorum praefatorum praesentium donatorum dum per Ministeriales
et Nobiles dicti officii requiretur non denegare, imo de-
bebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter ad-
mittere, Dataque et admissa eadem, Possessionem et usumfru-
ctum praemissorum omnium quovis modo tam per se, quam
certas quasvis submissas et subordinatas personas non
praepedire nec adimere, Ipsumque Donatarium suum et eius
Posteros in praemissis omnibus nullo modo inquietari, ita ut
eadem bona praesentium resignata cum Universis eorum Utilita-
tibus, et usufructibus, Idem Donatarius suus cum suis po-
steris, quiete et pacifice praesentium Inscriptionis Donatarius Vi-
gore tenere, habere et possidere queat, illosque utifrui possit
perpetuis et Aeternis temporibus. Idque sub Damnis terre-
stribus, simpliciter absque Corporali Iuramento taxandis et
edicendis, pereundemque Recognoscentem sive eius successores praefato
Donatario suo, et illius posteris, ob non Completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendi.
Pro quibus quidem Damnis Terrestribus, simpliciter absque Cor-
porali Iuramento taxandis et edicendis modo praemisso ad

solvendum

solvendo iudicabitis, ac re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, stabilis existens Membrana his Recognoscens Nobilis Basilius Baczynski Koztowicz sive eius successores ad Instantiam praenominati Nobilis Iwan Baczynski Pukszyniec Donatarij sui vel ipsius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensae, extunc vice pro sua praescripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare per sonaliter parere, respondere, Damna praetacta Terrestria simpliciter absque corporali Iuramento taxata luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praeter illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, pariter eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem vel loca proximos Officij praefati Castrensis Capitaneali Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones, appellationes ac earum praecautiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus, suspensionibus, fatalij Iuris proscriptione Terrestri, bello, conventioneque, vel alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo, Hac sua Personali Regnu ad Acta mediante.

Kuczynski Grochowskie Quiett.